

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Correctio g  
cum fontibus proximo et primo

Cogunt multas inuenire medicinas  
multorum experimenta morborum,  
uerum in huius causis  
ubi per graues discensionum scissuras,  
non huius aut illius hominis periculum  
sed populorum strages iacet.  
Detrahendum est aliquid seueritati  
ut maioribus malis sanandis  
caritas sincera subueniat.

Augustinus ibidem (ad Bonefacium  
de correctione Donatistarum)  
et ponitur I. distinctione: Vt cum.

Cogunt enim multas inuenire medicinas  
multorum experimenta morborum.  
Verum in huiusmodi causis,  
ubi per graues dissensionum scissuras  
non huius aut illius hominis periculum,  
sed populorum strages iacent,  
detrahendum est aliquid seueritati,  
ut maioribus malis sanandis  
karitas sincera subueniat.

Gratianus, *Decretum*, 1.50.25 (*Corpus iuris canonici* 1, A. Friedberg ed., col.187).

cogunt enim multas inuenire medicinas  
multorum experimenta morborum.  
uerum in huius modi causis,  
ubi per graues dissensionum scissuras  
non huius aut illius hominis est periculum,  
sed populorum strages iacent,  
detrahendum est aliquid seueritati,  
ut maioribus malis sanandis  
caritas sincera subueniat.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*,  
185.10.45 (CSEL 57, A. Goldbacher ed.,  
pp.39-40, ll.20-23, 1-2).